Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



pro sepultura et diuiciem pro morte sua · eo quod iniquitatem non fecerit neq; dolus fuit in ore eius · Et dominus noluit contenere eum in infirmitate · Si posuerit pro peccato anima suam: videbit semen longeuum et voluntas dni in manu eius dirigetur: pro eo quod tradidit in morte aiam suam · et cum scelerat reputatus est · Et ipse peccata multorum tulit: et p transgressoribus rogauit ut non perent Tractus Domine exaudi orationem meam et clamor meus ad te veniat ℣ Ne auertas faciem tuam a me in quacumq; die tribulor inclina ad me aurem tuam ℣ In quacumq; die inuocauero te velociter exaudi me ℣ Quia defecerunt sicut fumus dies mei · ossa mea sicut in foeno contuxa sunt ℣ Percussus sum sicut fenum et aruit cor meum quia oblitus sum manducare panem meum ℣ Surgens dne miserebris sion quia venit tempus miserendi eius

Passio dni nri ihu xpi · secundum Lucam

Appropinquabat autem dies festus azimorum qui dicitur pascha · Et quebant principes sacerdotum et scribe quomodo ihsum interficerent: timebant vero plebem · Intrauit autem sathanas in iudam qui cognominabatur scariothis unum de duodecim et abiit et locutus est cum principibus sacerdotum et magistratibus quemadmodum illum traderet eis · Et gauisi sunt et pacti sunt pecuniam illi dare · Et spopondit · Et quebat opportunitatem: ut traderet illum sine turbis · Venit autem dies azimorum: in qua necesse erat occidi pascha et misit petrum et iohannem dicens · Euntes parate nobis pascha · ut manducemus · At illi dixerunt · Ubi vis paremus: Et dicit ad eos · Ecce introeuntibus vobis in ciuitatem occurret vobis homo amphoram aque portans Sequimini eum in domum in qua intrat: et